Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Collectanea - Cod. Karlsruhe 506

[S.l.], [12.-13. Jh.]

Epitaphium senecae

urn:nbn:de:bsz:31-22667

Visual Library

est, necessario mixtum erit de seneca tuo. Cum sis uer
tex & altissimorum omnium montium cacumen: non uis laetere si ita sim tibi
proximus ut alter similis tui deputer. Haut itaque te indignum prima
facie epistolarum nominandum censeas, ne me temptare quam ludere ui
dearis. quippe cum scias te ciuem esse romanum. quia qui meus tuus apud te lo
cus qui tuus uelim ut meus. Vale mi paule carissime. Data X kal. apr. Apriano & capito
ne consulibus. Item seneca paulo salutem.

Allegorice & enigmatice multa a te usquequaque colliduntur. Quidem rerum tanta uis & muneris tibi
tributa non ornamento uerborum sed cultu quodam decoranda est. nec uerere
quod saepius dixisse te teneo multos qui talia affectent sensus corrumpere re
rum uirtutes euirare. Certum mihi uelim concedas uelim latinitati more
gerere. honestis uocibus & speciem adhibere. ut generosi mune
ris concessio digne a te possit expediri. Bene ualeas. Data pridie non.
iulias lucone & sabino consulibus. Paulus senecae salutem.

Perpendenti tibi est ea sunt reuelata quae paucis diuinitas concessit.
Certus igitur ego in agro iam fertili semen fortissimum sero. non quidem
materiam quae corrumpi uideatur. sed uerbum stabile dei deriuamentum crescen
tis & manentis in aeternum. Quod prudentia tua adsecuta indeficiens
fore debebit ethnicorum & israhelitarumque obseruationes censere
uitandas. nouumque te auctore feceris christi iesu praeconiis ostenden
do rethoricis & inreprehensibile sophiam quam propemodum adeptus es.
regi temporali eiusque domesticis atque fidis amicis insinuabis. Quibus
aspera & incapabilis erit persuasio: cum plerique illorum minime flec
tuntur insinuationibus tuis. quibus uitale commodum sermo dei instillatus
nouum hominem sine corruptela perpetuumque animal parit ad deum
istinc properantem. Vale seneca carissime nobis. Data kal. augustarum lucone
& sabino consulibus. Epitaphium senecae.

Cura. labor. meritum. sumpti pro munere honores. Ite. alias
posthac sollicitate animas; Me procul a uobis deus euocat. ilicet actis
rebus terrenis. hospita terra uale; Corpus auara tamen sollemnibus ac
cipe saxis. Namque animam celo reddimus. ossa tibi;